



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 De necessitate donorum, Vtrum scilicet dona necessaria sint homini ad salutem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

secundum illa rōne, qua mouet p gratia, & sic ut participatur in consiliis & rationationibus nostris. Qui autē esset, si predicta cōditionalis habens antecedens impossibile, non reuertitur in esse, non facile dixerim: quā pōneretur in aliquo cōsequenti, & q virtutes theologales, & morales siue essent alterius ordinis, quā nunc sunt: & sic unus ordo infusorū ad obsequiū, & alter ad percipiēdū sufficeret. Seruata igitur uniuersatione virtutū prima, absolute autē hęc secunda uera uidentur: & cōsequenter absolute cā necessaria distinctionis duorū ordinū infusorū obsequiū reddita ex imperfecta participatione motoris super naturalis, absolute est uera.

Et hęc sunt pro articulo 2. & 3. Super rationi communi uirtutis, in quantum sunt quedam diuina uirtutes perfectiores hominem, in quantum est a Deo motus. Vnde & Philosophus in 7. Ethic. supra uirtutem communem ponit quandam uirtutem heroicam, uel diuinam, secundum quam dicuntur aliqui diuini uiri.

Ad secundum dicendū, q uirtutes in quantum sunt contra bonū rationis, contrariantur uirtutibus: in quantum autem sunt contra diuinum instinctum, contrariantur donis. idem enim contrariatur Deo, & rationi, cuius lumen a Deo deriuatur.

Ad tertium dicendū, q distinctio illa datur de uirtute sū cōem modū uirtutis uñ si uolumus distinctionē restringere ad uirtutes, pur distinguuntur a donis, dicemus qd hoc, qd dicitur, Quare recte uiuitur, intelligendum est de rectitudine uitę, quę accipitur sū regulam rationis: similiter autem donum, prout distinguitur a uirtute infusa, potest dici id, quod datur a Deo in ordine ad motiōē ipsius, quia scilicet facit hominem bene sequentem suos instinctus.

Ad quartum dicendū, q sapientia dicitur intellectus uirtus, secundum quod procedit ex iudicio rationis: dicitur autē donum, secundum quod operatur ex instinctu diuino. Et similiter dicendum est de alijs.

est moueri per rōne in his, quę interiorius, uel exteriorius agit. Oportet igitur inesse homini altiores perfectiones, sū quas sit dispositus ad hoc, q diuinitus moueatur, & istę perfectiones uocantur dona, non solum quia infunduntur a Deo, sed quia secundum ea homo disponitur, ut efficiatur prompte mobilis ab inspiratione diuina, sicut dicitur Isa. 50. cap. Dominus aperuit mihi aurem, ego autē nō contradico, retractorum non abij. Et Philosophus etiā dicit in ca. de bona fortuna, q his qui mouentur per instinctum diuinum, non expedit consilium secundum rationē humanam, sed quod sequatur interiorē instinctū, quia mouetur a meliori principio. quā sit ratio humana: & hoc est quod quidam dicunt, q dona perficiunt hominem ad altiores actus, quā sint actus uirtutum.

Ad primum ergo dicendum, quod huiusmodi dona nominantur quādoq; uirtutes secundum communē rationem uirtutis: habent tamen aliquid superueniens rationi communi uirtutis, in quantum sunt quedam diuina uirtutes perfectiores hominem, in quantum est a Deo motus. Vnde & Philosophus in 7. Ethic. supra uirtutem communem ponit quandam uirtutem heroicam, uel diuinam, secundum quam dicuntur aliqui diuini uiri.

Ad secundum dicendū, q uirtutes in quantum sunt contra bonū rationis, contrariantur uirtutibus: in quantum autem sunt contra diuinum instinctum, contrariantur donis. idem enim contrariatur Deo, & rationi, cuius lumen a Deo deriuatur.

Ad tertium dicendū, q distinctio illa datur de uirtute sū cōem modū uirtutis uñ si uolumus distinctionē restringere ad uirtutes, pur distinguuntur a donis, dicemus qd hoc, qd dicitur, Quare recte uiuitur, intelligendum est de rectitudine uitę, quę accipitur sū regulam rationis: similiter autem donum, prout distinguitur a uirtute infusa, potest dici id, quod datur a Deo in ordine ad motiōē ipsius, quia scilicet facit hominem bene sequentem suos instinctus.

Ad quartum dicendū, q sapientia dicitur intellectus uirtus, secundum quod procedit ex iudicio rationis: dicitur autē donum, secundum quod operatur ex instinctu diuino. Et similiter dicendum est de alijs.

ARTICVLVS II.

Utrum dona sint necessaria homini ad salutem.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod dona non sint necessaria homini ad salutem. Dona enim ordinantur ad quandam perfectionem ultra communem perfectionem uirtutis: non autem est homini necessarium ad salutem, ut huiusmodi perfectionem consequatur, quę est ultra communem statum uirtutis, quia huiusmodi perfectio non cadit sub pręcepto, sed sub consilio. ergo dona non sunt necessaria homini ad salutem.

¶ 2. Præ. Ad salutem hominis sufficit, q homo se bene habeat & circa diuina, & circa humana: sed p uirtutes theologicas homo se habet bene circa diuina, p uirtutes autem morales circa humana. ergo dona non sunt homini necessaria ad salutem.

¶ 3. Præ. Gregor. dicit in 2. Moral. * quod Spiritus sanctus dat sapientiam cōtra stultitiam, intellectum cōtra hebetudinem, consilium contra precipitacionem, fortitudinem contra timorem, scientiam contra ignorantiam, pietatem contra duritiam, humilitatem cōtra superbiam: sed sufficiens remedium potest adhiberi ad omnia ista tollenda per uirtutes. ergo dona non sunt necessaria homini ad salutem.

SED CONTRA. Inter dona summum uidetur esse sapientia, infimum autem timor: utrunque autem horum necessarium est ad salutem, quia de sapientia dicitur Sap. 7. Neminem diligit Deus nisi eū, qui cum sapientia inhabitat. & de timore dicitur Eccl. 1. Qui sine timore est, nō poterit iustificari. ergo etiam alia dona media sunt necessaria ad salutem.

RESPON. Dicendum, q sicut dictum est, * Dona sunt quādā hominis perfectiones, quibus homo disponitur ad hoc, q bene sequatur instinctū diuinū. Vnde in his, in quibus nō sufficit instinctus rationis, sed est necessarius Spiritus sancti instinctus, per consequens est necessarium donum. Ratio autē hominis est pfecta dupliciter a Deo. Primo quidem naturali pfectione, secundum s. lumen naturale rationis.

Alio autem modo quadam supernaturali pfectione per uirtutes theologicas, ut dictum est supra. Et quāmuīs hęc secunda perfectio sit maior, quā prima, tamē prima perfectio perfectiori modo habet ab homine quā secunda. nā prima habetur ab homine quasi plena possessio, secunda autem habetur quasi imperfecta: imperfecte enim diligimus & cognoscimus Deum. Manifestum est autem, q unumquodque quod perfecte habet naturam, uel formā aliquam, aut uirtutem, potest per se secundum illam operari, non tñ exclusa operatione Dei, qui in omni natura, & uoluntate interiori operatur: sed id qd imperfecte habet naturā aliquam, uel formā, aut uirtutē, non potest per se operari nisi ab altero moueatur. Sicut sol, quia est perfecte lucidus, p seipsum potest illuminare: luna autem in qua est imperfecte natura lucis, nō illuminat nisi illuminata. Medicus etiā qui pfecte nouit artem medicinę, potest per se operari: sed discipulus eius, qui nōdum est plene instructus, nō potest per se operari, nisi ab eo instruat. Sic igitur quantum ad ea, quę subsunt humanę rōni in ordine. scilicet ad finē connaturalem homini, homo potest operari per iudicium rationis: si tamen etiam in hoc homo adiuuetur a Deo per speciale instinctum, hoc erit superabundātis bonitatis. Vnde secundum philosophos, non quicumque habebat uirtutes morales acquisitas, habebat uirtutes heroicās, uel diuinas: sed in ordine ad finem ultimum supernaturalē ad quem ratio mouet, secundum quod est aliquid, & imperfecte informatum per uirtutes theologicas, non sufficit ipsa motio rationis, nisi desuper adsit instinctus, & motio Spiritus sancti, secundum illud Romano. 8. Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt & hęredes. Et in Psal. 142. dicit: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, quia scilicet, in hęreditatem iulius terrę beatorum nullus potest peruenire, nisi moueatur, & deducatur a Spiritu sancto. Et ideo ad illum finem consequendum, necessarium est homini habere donum Spiritus sancti.

Cap. 361

Ar. pręc. d.

q. 62. art. 2.

q. 62. art. 2.

Ad

AD PRIMUM ergo dicendum, qd dona excedunt communem perfectionem virtutum, non quantum ad genus operum eo modo, quo consilia precedunt precepta: sed quantum ad modum operandi, secundum quod mouetur homo ab altiori principio.

AD SECUNDUM dicendum, qd p virtutes theologicas, & morales non ita pfectitur homo in ordine ad vltimū finē, quin semper indigeat moueri quodā superiori instinctu Spiritus sancti, ratione iam dicta.

In corp. art.

AD TERTIUM dicendum, qd rōni humanae non sunt oīa cognita, neque omnia possibilia, siue accipiat ut perfecta pfectione naturali: siue accipiat ut perfecta theologica virtutibus. vnde non potest quantum ad omnia repellere stultitiā, & alia huiusmodi, de quibus ibi fit mentio: sed ille, cuius scientiā & potestati omnia subiunguntur, sua motione ab omni stultitiā & ignorantia, & hebetudine, & duritia, & ceteris huiusmodi nos tutos reddit: & ideo dona Spiritus sancti, quae faciunt nos bene sequentes instinctum ipsius, dicuntur contra huiusmodi defectus dari.

ARTICVLVS IIII.

Utrum dona Spiritus sancti sint habitus.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, qd dona Spiritus sancti non sint habitus. Habitus enim est qualitas in homine manens. est. n. qualitas difficilis mobilis, ut dicitur in praedicamentis: * sed proprium Christi est qd dona Spiritus sancti in eo requiescant, ut dicitur Isa. 11. Et Ioan. 1. dicitur. Super quem videtur Spiritus descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat. Quod exponens Greg. in 2. Moral. * dicit. In cunctis fidelibus Spiritus sanctus venit: sed in solo Mediatore semper singulariter permanet. ergo dona Spiritus sancti non sunt habitus.

In praedic. qualitat. nō lege a princip. tom. 1.

Es. 4r. post med. & 42.

Artic. 1. & 2.

¶ 1. Præ. Dona Spiritus sancti perficiunt hominem, secundum quod agitur a Spiritu Dei, sicut dictum est: * sed in quantum homo agitur a Spiritu Dei, se habet quodammodo ut instrumentum respectu eius: non autem conuenit ut instrumentum perficiatur per habitum, sed principale agens. ergo dona Spiritus sancti non sunt habitus.

¶ 2. Præ. Sicut dona Spiritus sancti sunt ex inspiratione diuina, ita donum prophetiae: sed prophetia non est habitus: non enim Spiritus prophetiae adest prophetis semper, ut Greg. dicit in 1. Hom. Ezech. * ergo neque etiam dona Spiritus sancti sunt habitus.

Aliquantulum a princip. & li. 3. mora. 6. 41.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit discipulis de Spiritus sancto loquens, Ioan. 14. Apud vos manebit, & in vobis erit. Spiritus autem sanctus non est in hominibus absque donis eius: ergo dona eius manent in hominibus. ergo non solum sunt actus, vel passiones, sed etiam habitus permanentes.

Artic. 1.

RESPON. Dicendum, qd sicut dictum est, * dona sunt quaedam perfectiones hominis, quibus disponitur ad hoc, qd homo bene sequatur instinctum Spiritus sancti. Manifestum est autem ex supradictis, * qd virtutes morales perficiunt vim appetitiuā, in qd participat aliquam rationem, in quantum s. nata est moueri per imperium rationis. Hoc igitur modo dona Spiritus sancti se habent ad homines in comparatione ad Spiritum sanctum, sicut virtutes morales se habent ad vim appetitiuā in comparatione ad rationem. Virtutes autem morales habitus quidam sunt, quibus vires appetitiuae disponuntur ad prompte obediendam rationi: vnde & dona Spiritus sancti sunt quidam habitus, quibus homo perficitur ad prompte obediendum Spiritus sancto.

q. 8. ar. 1. & q. 56. ar. 4.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd Greg. * ibidem soluit dicens, qd in illis donis, sine quibus ad vitam perueniri non potest, Spiritus sanctus in electis omnibus semper manet: sed in aliis non semper manet. Septem autem dona sunt necessaria ad salutem, ut dictum est: * vnde quātū ad ea Spiritus sanctus semper manet in sanctis.

AD SECUNDUM dicendum, qd rō illa procedit de instrumento cuius non est agere, sed solum agi. tale autem instrumentum non est homo, sed sic agitur a Spiritus sancto, quod etiam agit in quantum est liber arbitrii: vnde indiget habitu.

AD TERTIUM dicendum, qd prophetia est de donis, quae sunt ad manifestationem Spiritus, non autem ad necessitatem salutis. unde non est simile.

ARTICVLVS IIIII.

Utrum conuenienter septem dona Spiritus sancti enumerentur.

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter septem dona Spiritus sancti enumerentur. In illa enim enumeratione ponuntur quatuor pertinentia ad virtutes intellectuales, scilicet sapientia, intellectus, scientia, & consilium, quod pertinet ad prudentiam: nihil autem ibi ponitur, quod pertineat ad artem, quae est quinta virtus intellectualis: similiter etiam ponitur aliquid pertinens ad iustitiam, scilicet pietas, & aliquid pertinens ad fortitudinem, scilicet fortitudinis donum. nihil autem ponitur ibi pertinens ad temperantiam. ergo insufficienter enumerantur dona.

¶ 1. Præ. Pietas est pars iustitiae: sed circa fortitudinem non ponitur aliqua pars eius, sed ipsa fortitudo. ergo non debuit poni pietas, sed ipsa iustitia.

¶ 2. Præ. Virtutes theologicae maxime ordinantur ad Deum. Cū ergo dona perficiant hominem secundum quod mouetur a Deo, videtur quod debuissent poni aliqua dona pertinentia ad theologicas virtutes.

¶ 3. Præ. Sicut Deus timet, ita et amat, & in ipsum aliquis sperat, & de eo delectatur: amor autem, spes, & delectatio sunt passiones cōdiuinae timori. ergo sicut timori ponitur donum, ita & alia tria debent poni dona.

¶ 4. Præ. Intellectui adiungitur sapientia, quae regit ipsum, fortitudini autem consilium, pietati vero caritas: ergo & timori debuit addi aliquod donum diuinum. inconuenienter ergo septem dona Spiritus sancti enumerantur.

SED IN CONTRARIUM est autoritas Scripturae Isaia vndecimo.

RESPON. Dicendum, qd sicut dictum est, * dona sunt quidam habitus perficientes hominem ad hoc, qd proprie sequatur instinctum Spiritus sancti: sicut virtutes morales perficiunt vires appetitiuas ad obediendum rationi. Sicut autem vires appetitiuae natae sunt moueri per imperium rationis: ita oēs vires humanae natae sunt moueri per instinctum Dei, sicut a quadā superiori potentia: & ideo in oibus viribus hominis, quae possunt esse principia humanorum actuum, sicut sunt virtutes, ita etiam sunt dona. s. in ratione, & in vi appetitiua ratio autem est speculatiua, & practica, & in utraque consistit.

Super Quest. 68. Articuli quatuor.

In ar. 4. euulde 61. q. aduerte, qd author hoc in loco loquitur opinione, quod postmodum in 1. 2. 8. ar. 6. relinquitur enim vult qd dicitur inspecta ad intellectum dilinguuntur pernes practici, & speculatiui: ubi vero sed vult qd intellectus fit oīum penetratus, sapientia enim index p cam d. tūllimam: & similitera per caritas creatas (seu proprias, & similitere cōdiuinae) applicandam ad opera, & hoc inquere: quia diuinitas est ingent.

Super

pp. 10.